



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 81. Epistola Burgundiæ Ducis ad Nationis Gallicæ Deputatos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)

cinarentur, pollicitus, eadem quoque sei- Sæcul. XV.  
psum facturum, suisque Ministris Constan- A.C. 1415.  
tiæ morantibus haud alia daturum man-  
data. Annuente Rege, uterque suos  
Legatos juxta hæc conventa instruxe-  
rant, qui suorum Principum mandata ef-  
fectui dare haud neglexerunt.

§. LXXXI.

*Epistola Ducis Burgundiæ ad Natio-  
nis Gallicæ Deputatos.*

Postquam vero circumacto quodam *Gerson. tom. 5. p. 342.*  
tempore Burgundiæ Duci nunciatum  
esset, Synodum vehementer urgere, ut  
propositiones Joannis Parvi damnaren-  
tur, Dux ipse ad Concilium, seu ad Natio-  
nis Gallicæ Deputatos literas dedit, qui-  
bus exposuit, circa damnationem Parisiis  
factam, censuisse quam plurimos, nequa-  
quam Joannis Parvi apologiam proscri-  
ptam fuisse, sed alium quemdam supposi-  
titum partum inimicorum fraude consu-  
tum, ipsam vero Joannis propositionem,  
sive demum vera esset, sive falsa, nonnisi  
leviter castigatam fuisse; postea rogavit  
Synodum, ne quicquam, vel suo vel Joan-  
nis Parvi nomine, proponi pateretur, abs-  
que prævia discussione, & quidem præ-  
sentibus Burgundiæ Legatis, nec aures  
præberent Synodi Patres nonnullis hy-  
pocritis, atque impostoribus, qui de Gal-

G 2 lia

Sæcul. XV. lia actum fore jactitarent, nisi Joannis  
 A.C. 1415. Parvi propositio sive vera, sive falsa; a  
 Synodo damnaretur, quamvis aliunde  
 certum esset, hanc propositionem æterna  
 sepultum fuisse oblivione, nisi impellente  
 æmolorum odio contra Joannem conce-  
 pto resuscitata fuisset.

## §. LXXXII.

*Eiusdem literæ ad Imperatorem, & ad  
 Concilium.*

*Gerson. ibid.* **H**æc epistola die vigesima sexta Maji  
*& p. 347.* in quodam Nationis Gallicæ confes-  
 su a Martino Porraeo Atrebatenſi Epis-  
 copo, ad Synodum delata est. Qua re-  
 citata, Geronius adversus eam excepit,  
 iustitiam fieri a Synodo postulans. Pau-  
 cis ex post diebus binas adhuc alias lite-  
 ras, nimirum alteram ad Imperatorem,  
 alteram vero ad Gallicæ Nationis Depu-  
 tatos exarare compellebatur. In prima  
 accusationem a Ludovico Bavarо contra  
 se allatam diluit; hic enim Burgundiæ  
 Ducem accusabat, quod cum Ludovico  
 Galliæ Delphino, Aquitanniæ Duce, nec-  
 non cum Comite Sabaldo conspirasset,  
 ut Imperatorem in itinere Niciam ver-  
 tendentem e medio tollerent. Hæc Fri-  
 dericus Austriæ Dux Sigismundo refe-  
 rebat. Altera epistola amaro calamo  
 scripta erat; in ea enim Ludovicum de  
 Bavaria